necessaria medicina temperantie ne vix nimis voluptati relaxet habenas. Vn dixit iunior Tho. 6. Tu scis dne qz non luxurie causa angeli vident faciem dei pris hec est vt omes super pctorum conversione congratulentur et gaudeant. Vnde dicit dns Luc. 15. Dico vobis gaudium erit coram angelis dei sup vno pctore pniam agente. Quarta causa e quare angeli tam avide facie celestis pris contemplentur vt videlicet in ipsa eius facie insatiabiliter delicientur. Vnde Pe. in prima. can. c. 1. In quem desiderant angeli prospicere. Rogate g dnm vt ei tam fideliter obsequamur q p sanctos angelos in eternam requiem tandem deportari mereamur. quod nobis

## Vndecim milium virginum smo xliii.

Media nocte clamor factus est etc. Math. 25. O q dulce erit electis audire ecce sponsus venit. Vn inqt devotus Bern. Nescio quid delicatius quid tenerius habet deus sub rone sponsi qm sub rone regis nisi q regi debetur reuerentia que aliquid timoris habet sponsus vero nihil aliud q purum amore requirit. ppt quod aia inmixa sup dilectum reuerentiam nescit. claudit oculos maiestati ipm vocans non regem non dnm sed dilectum dices. dilecti mi lectulus nr floridus est thauri et altilia occisi sut et omia pata sunt veni ad nuptias h ille. Bta anima que cu clamor erit et sponsus dns appebit ei cu omi gaudio vtutibus exornata obuia venit etc.

Media nocte clamor factus est ecce sponsus venit exite obviam ei. Tunc surrexerut omnes virgines ille et ornauerut lampades suas Mat. 25. In psenti euangelio quatuor principaliter sunt notanda. Primuz est qd p qnqz prudentes virgines intelligatur. Scdm est quid per quinqz fatuas virgines exprimatur. Terciuz est qd per media nocte et clamorem qui tunc factus est accipiatur. Quartum est quis sit sponsus cuius aduentus virginibus dormientibus annuntiatur. De primo nota q quia vere virgo est que intrinsecus et extrinsecus est incorrupta ppterea p quinqz prudentes virgines qlibet fidelis et iustus homo intelligitur qui et cor interius et quinqz sensus suos exterius a veneno dyaboli et a quinamento seculi et breuiter ab omni carnis illecebra puros seruat et incorruptos. Dyabolus eniz et seculum et carnis illecebra cor et sensus hominuz violant et corrumpunt. Dyabolus enim maxime corrumpit hoiem p supbiaz et seculum per auariciam et carnis illecebra per luxuriam. Vnde Augus. sicut dicit in libro de vbis domini. Videntur mihi quinqz virgines significare quinqz particam cotinentiam a carnis illecebris. Continendus est enim animi appetitus a voluptate oculorum. a voluptate aurium. a voluptate olfaciendi gustandi atqz